

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Prorector Academiae Fridericianae Ioannes Sperlette,
Consiliarivs Regivs, Philosophiae Moralis Ac Civilis P.P.O.
Nec Non Coloniae Gall. Director, vna cum Professoribvs
Reliqvis, Civibvs Academicis ...**

Sperlette, Johann

Halae Magdebvrgicae, [MDCCXV?]

VD18 12385573

Titelblatt

urn:nbn:de:gbv:45:1-15677

45
A

**PRORECTOR
ACADEMIAE FRIDERICIANAE
IOANNES
SPERLETTE,**

CONSILIARIUS REGIVS, PHILOSOPHIAE MO-
RALIS AC CIVILIS P.P.O. NEC NON COLONIAE
GALL. DIRECTOR,

vna cum

**PROFESSORIBVS
RELIQVIS,
CIVIBVS ACADEMICIS**
Attentionem PASCHALEM commendat.

P. P. MDCC XV, ipsis feriis paschalibus.

Joan. Sperlette

Act. 25. 26.

Vide


(?)



PR
ACADEMI
IO A
SPE
CONSILIARIVS
RALIS AC CIV
PRO
CIVIBV
Attentionem

P.P. M

45
NAE
E S
IAE MO-
ONIAE
S
CIS
mendat.



Farbkarte #13

B.I.G.

metres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black



Aliquoties, CIVES, ex *Actis Apostolorum* testimonium resurrectionis Dominicæ recolendum dedimus paschali tempore. Idem denuo ex fine eiusdem libri, qui primum merito locum tenet post euangelia, præstare aggredimur; sed non sine ardentissima imploratione gratiæ ac benedictionis diuinæ, ad dispellendas omnes tenebras. Si enim causa mortis Christi non firma sit in cordibus, quis, quæso, procedat digna cum efficacia ad fidem resurrectionis. Act. 2, 24. 27. In idem ille cum Iudæis & Ethnicis incidet cæcitatibus atque circumuagationis barathrum miserrimum. Id quod ex confabulatione illa patet, quam Porcius Festus, nouus Iudææ præses Romanus, cum Herode Agrippa Rege de sacris rebus, deque motibus in Iudæa religionis causa, instituit. Actorum c. XXV & XXVI. Is cum multa dixisset de Romana iniustitia, quam quidem ipsam languide satis administravit, addit non sine contemptu, tulisse ad se Iudæos quæstiones quasdam de sua superstitione, & de IESU QVODAM MORTVO, quem VIVERE affirmet Paulus. c. XXV. v. 19.

Etsi vero abiectius tractabatur causa Christianismi: non permisit tamen Deus Opt. Max. qua est indulgentia ac misericordia, ut ipse ille nouus Iudææ præses, alii que secum, essent absque congruentioris Apostolici testimonio. Ipse sibi gratulatur Apostolus de data saltem aliqua loquendi facultate coram Agrippa, cognomento Minore, tanquam (*) gnaro omnium inter Iudæos consuetudinum atque quæstionum. c. XXVI. v. 3.

Extenta ergo manu cœpit Paulus rationem reddere, prouocans publice ad vitæ suæ ἀρετήν, qua a puero probauerit, curæ sibi utique cordique semper fuisse veræ religionis negotium; imo inde se ipsum, etsi per incitiam, sinistro exarsisse zelo aduersus nomen IESU NAZARENÏ; nec adeo quenquam e Iudæis, contribulibus suis, præsumere iuste posse, ac si leuiter aut temere suscepisset euangelion; iterum vero se iterumque profiteri, quam singulari vi ac via gratiæ aduersus se, in medio Christianos persequendi æstu, conuertendum, opus fuerit; in commune tamen bonum aliorum; vnde se non immorigerum extitisse cælesti voluntati, ad hæc vsq; quibus constrictus adstet, vincula.

Vide-

(*) Etiam istud res erat dispositionis & directionis diuinæ. ἢ ἡ τῆς οὐκ ἐπινοίας. Chrysostr. h. l. conferri meretur Origenes L. 3, c. Cell. sub initium, & porro p. 92. sq. 130. 135. sq. 329. edit. Cantabr.